

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.****Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 37b-37va

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 53 [Gn. 46]

[53] Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedit de hac luce sine prole, et si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestare poterit, quod ei datum fuerit. Si autem fundus et edificia propealiter viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in [k. 37va] iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis, quam suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc uxori dare non potest absque heredum consensus, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut mobilia bona habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreverint cum sua uxore, potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradiccione.

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]